



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118510

§. 103. Fesulani Episcopi opinio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](#)

bant, quæ res tamdiu ultro citroque fuit **Sæcul. XVI.**
 agitata, ut cœtus die decima Maji ha- **A.C. 1546.**
 bitus usque ad vesperam protraheretur,
 quin tamen quicquam decidi posset, nec
 tamen longior hæc mora Legatis mo-
 leste accidit, cum exinde amplius Pon-
 tificis jussa præstolandi spatiū nanci-
 scerentur.

§. CIII.

Fesulanus Episcopi opinio.

Postquam Theologorum, Jurisque pe- *Pallav. l.c.*
 ritorum opiniones, quas illi in prio- *Raynald. hoc*
 ribus Congregationibus proponere ju- *ann. n. 61.*
 bebantur, non nisi summatim ob nimiam
 earum prolixitatem prælectæ fuerant,
Fesulanus Episcopus sede sua surgens
 scriptum quoddam a se elucubratum con-
 tra Regulariam exemptionem animo
 magis exacerbato recitavit. *Religione*
adigor, inquiebat ipse, *ut Patrum con-*
sessui exponam, *quod Episcopi munera*
sui sint memores, *quod si præstarent*,
eveniret utique, ut mercenariis ad id non
indigerent. *Acerbe angor*, *quod liberum*
fit Regularibus, *neque missis*, *neque vo-*
catis, *suis in Cœnobiosis per Episcoporum*
Dioeceses concionari. Postea exclama-
 vit: *Quidnam hoc est aliud, o Patres,*
nisi permittere, ut lupi non per ostium,
sed aliunde ingressi ovile perturbent?
 Dein eosdem per Deum ac Superos ob-
 fe-

Sæcul. XVI. secrare non destitit, ne id paterentur:
 A.C. 1546. *Si id facere renueritis, prosequebatur,
 pro virili parte mea caussam sustentabo,
 provoco autem ad cœlestè Tribunal, apud
 quod contestor, me insontem in eo esse, &
 super vos populorum crimen ac Sanguinem
 abiturum.*

Priusquam vero ad supremos Ordinum Præfectos ordo jusque dicendi pertingeret, Episcoporum nonnulli, qui magis de Religiosorum instituto, quam de sua tiara erant solliciti, in Monachorum patrocinium perorabant, atque inter eos Thomas Caselius ex Ordine Fratrum Prædicatorum Britinoriæ in Romandiola Episcopus hunc in modum effatus est: *Omnes reminiscamur oportet, Romanum Pontificem universi Christiani gregis Episcopum esse, & unumquemque nostrum in partem sollicitudinis solum vocari, prout sacri Canones loquuntur, perinde non minus intrat per ostium legitimum Ovilis, quicunque in Diœcésim aliquam a Pontifice mittitur, quam qui ab ejusdem Diœcesis Episcopo peculiari mittatur. Ne conquerantur Antistites id, quod ipsorum vitio contigit, non injusta Regularium usurpatione. Illi si docendi, si concionandi munus explevissent, bi in solitaria sua quiete se plane continuissent divinis occupati laudibus, intentique placando sibi, aliisque Deo per voluntaria cor.*

corporis animique supplicia. Nostra s^o- Sæc. XVI.
 cordia, ne dicam, ignorantia, ab Apo- A.C. 1546.
 stolica Sede privilegia Regularibus impe-
 travit: ip̄i totum nostri ministerii pon-
 dus sustinent: nos proventibus, nos illius
 honoribus fruimur, & tamen conqueri-
 mur.

Hisce Caselii dictis totus Patrum
 confessus applaudebat.

§. CIV.

Primi Legati responsum ad Caselii orationem.

Hujus Præfulis orationem exceptit *Pallav. n. 5.*
 Præsidum primus, habitaque ra- *Fra Paolo*
 tione ad ea, quæ Pachecus Cardinalis *hist. Conc.*
 nuper proposuerat, exposuit, quod fa- *T. id. l. 2.*
 tius foret illi negotio, quod præ mani- *ad hunc ann.*
 bus versatur, nunc operam dare; his
 dictis idem sermonem ad Fesulanum An-
 tistitem convertit, atque illum his ver-
 bis alloquebatur: *Qui divinum ad judi-*
cium provocant ob gregem sibi concredi-
tum, cum ab extevis abripitur, cur ani-
mo non reputant, a Regularibus illorum
partes expleri ab ipsis neglectas? si vero
Pontifex familias adeo de Ecclesia bene
meritas privilegiis exueret, illæ conti-
novo concionandi laborem desererent cum
ingenti fidelium detimento. Postre-
mo hæc subjunxit: Vos, Patres, ad
id